



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 126. Sessio XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Pontifici quicquam Symbolo addendi potestas competat? Verum Julianus Cardinalis hanc controversiam opportuniori tempori reservandam censuit, iterum, iterumque obsecrans, ut ad *disputationem de Sancti Spiritus processione accederent*, quod si, inquit ille, *convenerimus in ea, quæ est de Spiritu Sancto, controversia, persuasum mihi est fore, ut etiam in aliis facile, pleneque conveniamus.*

## §. CXXVI.

*Sessio decima tertia Concilii Ferrariensis.*

Sessione XIII. die Jovis vigesima septima Novembris celebrata, Patres exce-  
perunt Legatos a Philippo bono Burgundiae Duce ad Synodum missos, qui numero quatuor erant; scilicet Teruanensis, sive Morinensis, Cabillonensis, & Nivernensis Episcopi unacum Cisterciensium Abbate.

*Acta Conc.  
Flor. to. 13.  
p. 207.*

## §. CXXVII.

*Ducis Burgundiae Oratores ad Synodum admisi.*

Verum parum absuit, quin importuna Oratorum morositas hucusque bene cæpta unionis negotia dissiparet; cum enim ad Synodi locum venissent, ac sum-